

PREGHIAMO

PER LA SANTA CHIESA PER IL SOMMO PONTEFICE PER I CHIERICI E TUTTI I FEDELI

Per la Santa Chiesa

(dalle Solenni Orazioni del Venerdì Santo)

Orémus, dilectíssimi nobis, pro Ecclesiá sancta Dei: ut eam Deus et Dóminus noster pacificáre, adunáre et custodíre dignétur toto orbe terrarum: subiciens ei principátus et potestates: detque nobis, quietam et tranquillam vitam degéntibus, glorificáre Deum Patrem omnipoténtem.

(silenzio)

Omnípotens sempitérne Deus, qui glóriam tuam ómnibus in Christo géntibus revelásti: custódi ópera misericórdiae tuae; ut Ecclesiá tua, toto orbe diffúsa, stábili fide in confessióne tui nóminis perseveret. Per eúndem Dóminum nostrum Iesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per omnia saécula saeculórum.

Amen.

Preghiamo, dilettissimi, per la santa Chiesa di Dio: affinché Dio, Signore nostro, si degni di darle pace, di adunarla e custodirla in tutto il mondo, assoggettando ad essa tutti i príncipi e le autorità, e ci conceda, in una vita serena e tranquilla, di glorificare Dio Padre onnipotente.

(silenzio)

Onnipotente eterno Iddio, che in Cristo hai manifestata la tua gloria a tutti i popoli, custodisci l'opera della tua misericordia, affinché la tua Chiesa, diffusa in tutto il mondo, perseveri con fede indefettibile nella glorificazione del tuo nome. Per lo stesso Signore nostro Gesù Cristo, tuo Figlio, che è Dio, e vive e regna con Te nell'unità dello Spirito Santo per tutti i secoli dei secoli.

Amen.

Per il Sommo Pontefice

(dalle Solenni Orazioni del Venerdì Santo)

Orémus et pro beatíssimo Papa nostro N...: ut Deus et Dóminus noster, qui elégit eum in órđine episcopátus, salvum atque incólumem custódiat Ecclesiæ suae sanctae, ad regéndum pópulum sanctum Dei.

(silenzio)

Omnípotens sempitérne Deus, cuius iudício unívrsa fundántur: respice propítius ad preces nostras, et eléctum nobis Antístitem tua pietate consérva; ut christiána plebs, quae te gubernátur auctóre, sub tanto Pontífice, credulitátis suae méritis augeátur. Per Dóminum nostrum Iesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per omnia saécula saeculórum.

Amen.

Preghiamo per il nostro Santo Padre N...: affinché Dio, Signore nostro, che lo ha eletto nell'ordine episcopale, lo conservi sano ed illeso alla sua santa Chiesa per reggere il popolo santo di Dio.

(silenzio)

Onnipotente eterno Iddio, che sostieni con la tua volontà tutte le cose, guarda propizio alle nostre preghiere e conserva con il tuo amore il Papa, affinché il popolo cristiano, che per tua autorità è governato, sotto un tanto Pontefice, cresca nei meriti della fede. Per il nostro Signore Gesù Cristo, tuo Figlio, che è Dio, e vive e regna con Te nell'unità dello Spirito Santo per tutti i secoli dei secoli.

Amen.

Per i chierici e per tutti i fedeli

(dalle Solenni Orazioni del Venerdì Santo)

Orémus et pro ómnibus episcopis, presbyteris, diacónibus, subdiacónibus, acólýthis, exorcístis, lectóribus, ostiáriis, confessóribus, virgínibus, víduis: et pro omni pópulo sancto Dei.

(silenzio)

Omnípotens sempitérne Deus, cuius Spíritu totum corpus Ecclesiæ sanctificátur et régitur: exaudi nos pro unívrsis ordínibus supplicantes; ut grátiae tuae múnere ab ómnibus tibi grádibus fidéliter serviátur. Per Dóminum nostrum Iesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte eiúsdem Spíritus Sancti, Deus, per omnia saécula saeculórum.

Amen.

Preghiamo per tutti i vescovi, i sacerdoti, i diaconi, i sud-diaconi, gli accoliti, gli esorcisti, i lettori, gli ostiari, i confessori della fede, le vergini, le vedove e per tutto il popolo santo di Dio

(silenzio)

Onnipotente eterno Iddio, dal cui Spirito tutta la Chiesa è santificata e governata, ascolta noi che ti supplichiamo per tutti gli ordini, affinché, per il dono della tua grazia, tutti ti servano con fedeltà. Per il nostro Signore Gesù Cristo, tuo Figlio, che è Dio, e vive e regna con Te nell'unità dello stesso Spirito Santo per tutti i secoli dei secoli.

Amen.